



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Decretum. VIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

moperè est, ne quod ad ornatum adhibetur, parum conveniat cum illorum sanctitate.

Quare quæcunque indumenta & ornamenta, quovis genere ea sint, quibus illæ exornantur, ejusmodi sint, ut nihil in ipsis inepti, nihil profani, nihil indecori, nihil denique inhonesti, aut quo fidelium mentes oculique offendi possint, conspiciatur, ut etiam Tridentino Concilio sancitum est.

§. 25. dec. de Inuoc. sanct.

Compatres rudes fidei rudimenta rate recitēt.

Decretum. VII.

UT Parochus constet, compatres fidei rudimenta non ignorare, cum eos ita rudes Provinciali Concilio, & Synodali decreto illud munus obire vetitum sit; ne quos aliunde iam certo non scitis fidei initijs instructos esse, ad id officij munerisve prius is adhibeat, quam sibi illi fidei Symbolum, orationem Dominicam, ut veteri Canone iustum est, tum etiam Salutationem Angelicam recitarint; interrogatique de fidei articulis ostenderint, se rerum quas ad salutem necessarias scire nunquamque fidelem oportet, notitiam habere.

Decretum. VIII.

CAVEAT Parochus, Sacerdosve baptizans, ne ad infantem baptizandum alio christiute utatur, quam eo, quod illo ipso anno consecratum est; nisi periculo mortis instante.

Christina in baptismo.

Decretum. IX.

TABERNACULI, ubi sacratissimum Corpus Domini asseruatur, & armarij item ubi sacra olea statis vasculis inclusa custodiuntur, & fontis item baptismalis claves Parochus diligenter cauteq; apud se custodiat: ac ne Clerico quidem ministro illas vilo modo committat.

Claves tabernaculi & sacrorum oleorum a parochis custodiantur.

Decretum. X.

PAROCHVS cum ad frequentissimum Sacramentorum usum Parochiæ suæ fideles cohortet, ut Provinciali tertio Concilio sancimus; tum crebris monitis illud quod Siluerius Pontifex Maximus statuit, in consuetudine reuocare studeat, ut qui sæpius non communicant singulis saltem Dominicis diebus in Quadragesima Corpus Domini sumant; ac præterea diebus Dominiçis aduentus.

Parochus fideles ad sacramenta adhortetur. Tit. quæ ad sac. Euch. initio. pag. 92.

Decretum. XI.

AD ægrotum Parochus ipse, nisi inualetudine, aliave necessaria causa impeditus sit, Corpus Domini deferat. si vero aliquando in hoc ministerio necesse habet alio Sacerdote uti; ne alio utatur, nisi quem ad confessiones audiendas concessa scriptis facultate Archiepiscopus probauerit, idoneumq; iudicauerit; cum sæpè cõtingat, ægrotum cui sanctissimum Corpus Domini deferatur, iterum confiteri velle, propterea quod post peractam confessionem aliquid commiserit, vel ante commissum recordatus sit.

Parochi officium in cõmunione cõtrogatium.

Decretum. XII.

NE Parochi, Sacerdotesve alij intra Missarum solennia, quidquam quod profanum sit, quodq; ad rerum eiusmodi cõtinationem attineat, de altari populo pronuncient, aut exulgent.

Nihil profanum de altari enunciantium.

Decretum. XIII.

QVOD Provinciali secundo Concilio iustum est, in Missa conuentuali & parochiali, cum Corpus Domini eleuatur, signum sono campanæ dari: in alijs Missis id ita præstetur, ut tunc paruulum tintinnabulum, aut è latere altaris appensum, aut à sacristia allatum, à clerico ministro certis distinctis ictibus pulsetur.

Tintinnabulum cum corpore Domini eleuatur pulsandum. Tit. 2. decre. 6. pag. 66.

Decretum. XIII.

QVO planius casus nobis reseruatos confessorij Sacerdotes perpetuò norint, cum pro temporum varietate eorù reseruatiõnem à nobis aliquando mutari expediat; nos præter casus Episcopo canonum iure consuetudineve reseruatos, & præter excommunicationes atq; censuras, quæ vel à iure, vel ab homine existunt, quas hoc decreto nobis perpetuò reseruamus; eos tantum casus declaramus nobis reseruatos, quos singulis annis in Synodo, aut aliter promulgatos reseruauerimus: ita tamen, ut quæ eorundem promulgatio proximè facta est, vim habeat quoad altera fiet: & sic itidem perpetuò deinceps.

De casibus reseruatõis.

A quibus casibus & censuris si quis confessorius Sacerdos cuiusvis ordinis sine facultate scripta à nobis data aliquem absoluerit attentarit, excommunicatione